



*Ad Præstantiss. Dn. Respondentem,*

**F**ucata multi jura tradidisse ardent,  
 Technisq; frustrari bonos, & incautos.  
 Ast Tu Themistos Gloria, & Decus Phœbi,  
 Quid sancta, quidve *Vera Jura* sint, pandis,  
 Quis veriusvè sanctiusvè nil quicquam.  
 Sic scilicet præludit altæ anus charta  
 Famæ, quæ ut indies serenior, faxit  
 Numen, sequatur, ac ovans tandem  
 Tuum tiarâ cingat occiput rubrâ!

*In honorem Præstantissimi & Literatissimi Dn. Respondentis,  
 Convictoris & Amici Sincerissimi Scazontes hos apponebat*

*Heinrich Bergman/J.U.Ddus.*

**S C A Z O N.**

**Q**vis ille mente mascula, ausibus pulchris  
 Has melleas & delicatulas hasce  
 Theses propinat? quas nec ipse Bachov I  
 Vocare Genius filias reluētetur.  
 Magni Parentis degener nihil fili  
 SCHEFFERE, radians Hassica juventutis  
 Ocelle, primitias ego tuas cerno,  
 Lego, relegoque; fallor, an gravem mundo  
 Messem minaris? fallor, an novam mundo

K

Lucernæ